



BIBLIOTHECA
MUSEI
HISTORICO-NATURALIS
MUSEI

210





- confutatio. G. G.
1. Melanthonis / phil. /
comment: in Danielen
Wittenbergae, 1543
 2. Palladij / phil. /
Hagoye ad libros
propheticos, Wittenb.
1557
 3. propositio nes. Heidel.
Berol. 1560 disputata.

Dult. zu Rom. Vg 2639



Con
Hebr
P.





3

PROPOSITIONES, IN QVIBVS VERA
DE COENA DOMINI SENTENTIA,
iuxta Confessionem Augustanam, ad
uersus quorundam Sacramentariorum
certamina adseritur, Ad disputan-
dum in Academia Heydelber-
gensi, 3. & 4. Iunij, pro-
positæ, Anno
1560.



ADIECTA SVNT SI-
mul impia Sacramentariorum
Themata, Heydelberge
disputata.



I.

Firmiter credimus, confitemur & asserimus, quod in Coena Domini, cum, in, vel sub pane & vino, vi & efficacia verbi, seu institutionis Christi, Verum Corpus & Verus Sanguis Domini nostri Iesu Christi, vere & substantialiter adsit, dispensetur & exhibeatur.

II.

Econtra vero improbamus non tantum eos, qui per corpus & sanguinem, nuda signa, vel Symbola absentis corporis & sanguinis Christi intelligunt, Sed eos etiam, qui coenam Domini magis ἐνεργεία. I. Virtute, quam δοξα. I. Substantia definiunt. Vtrique enim reuera quantum in ipsis est, Substantiam corporis & sanguinis Christi è coena tollunt. Etsi uocabulū Substantialiter, insidiosè & ambiguè, interdum etiam usurpent.

III.

VT igitur docemus substantiam panis & vini in coena Domini praesentem

sentem adesse, nec transmutari. Sic & hoc firmiter asserimus, Substantiã corporis & sanguinis Christi, non tantum uerè & realiter adesse, Sed unà cum Symbolis Panis & Vini, uescentibus distribui & ab illis etiã accipi.

III.

Docemus etiã & firmiter credimus, Quod sicuti in Cœna Domini manu ministri, cum Pane & Vino porrigatur, uerum corpus & uerus sanguis Domini nostri Iesu Christi: Ita etiã Ore corporaliter accipiatur. Idquã propter unionem Sacramentalem Corporis & Sanguinis, cum Pane & Vino, Respectu etiã non rationis, sed uerborum Christi, in institutione huius noui Testamenti, **HOC EST CORPVS MEVM, ITEM, MANDVCATE ET BIBITE.**

V.

Quia uerò hunc corporalem uel Sacramentalem manducationis modum, Ratio humana nequaquã asse-

A ñ quitur,

quitur, Imo tanq̄ extremè absurdum
auerfatur, Ideo docemus ad hoc myste-
rium, sicut ad reliquos doctrinæ Chri-
stianæ Articulos comprehendendum,
non rationem, sed fidem adhibendam
esse.

VI.

IN diuinis enim mysterijs, cum
cum sit rationis iudicium, Sola fides
dominari debet, ac omnibus hominū
commentis, & speciosis obiectionibus,
unicū illud opponi **IPSE DIXIT.**
Id uerbum enim, quod condidit om-
nia, si ad creaturas conferatur, omnia
rationis argumenta diluit ac refellit.

VII.

CRedimus etiam & prōfitemur,
Quod in cœna Domini, ubi ser-
uantur uerba & institutio Christi, Cor-
pus & Sanguis Christi, non tantum à
pijs & dignis, sed etiam ab impijs, Hi-
pocritis, & infidelibus accipiatur. Hoc
tamen discrimine, Quod ab impijs ore
tantum, A pijs uero, ore, fide & corde,
sumatur, Quodq̄ pijs sit manducatio
salutaris,

salutaris. Impiis uero in maiorem con-
demnationem & iudicium cedat.

VIII.

HAnc promiscuam et indifferentem
manducationem piorum & impio-
rum, confirmant ipsa Sacramenti sub-
stantialia, quæ sunt uisibilia, Panis &
Vinum, Inuisibilia, Corpus & Sanguis
Christi, & externus Sacramenti usus,
Suntq; hæc Substantialia non aliunde
ab hominibus importata, sed per uer-
bum Christi in institutione huius Te-
stamenti, clare & diserte expressa.

IX.

ACcedit huc Pauli dictum, 1. Cor.
11. Indignè sumentes reos fieri
Corporis & Sanguinis Christi, Et
quod ab hominis dignitate non pen-
deat Christi institutio, sed in ipso fun-
data sit, qui est ueritas & innitatur eius
uerbo firmo & ueraci. Item Augusta-
na confessio, quæ in genere dicit, di-
stribui Corpus & Sanguinem uescen-
tibus.

A iij

Hæc

X.

HAEC de cœna Domini confessio, non ex hominum commentis, sed ex institutione Sacramenti, & uerbis Christi ac Apostoli extracta est, simul enim testatur, distribui uerum Corpus & Sanguinem in Cœna.

XI.

Verba Christi plana sunt & perspicua, **ACCIPITE ET COMEDITE, HOC EST CORPUS MEVM**, Ac ne quis Tropum non necessarium affingeret, adicitur interpretatio, **QVOD PRO VOBIS DATVR**, Sic & de Poculo, **HIC EST SANGVIS MEVS**, Vbi similiter Tropus excluditur, adhibita interpretatione seu declaratione, **QVI PRO VOBIS EFFVNDITVR**.

XII.

Sic Paulus comedentem indigne, res dum iudicij pronunciat, Quia non discernat inter corpus Domini & alios communes cibos, sensit igitur, uerè
etiam

etiam Corpus & Sanguinem Christi
accipi, Non tantum à fidelibus, sed etiam
am ab Hypocritis.

XIII.

NEcq̄ tamen inde sequitur impios,
hac corporali manducatione ui-
uificari, & æternæ uitæ consortes fieri,
Vt enim eos tantum Christus Viuifi-
cat, Qui non ore tantum hoc Sacramen-
tū accipiunt, sed promissionem simul
uera fida amplectuntur, in qua Remis-
sio peccatorum & uita æterna offeruntur,
Ita iusto iudicio punit & plectit im-
pios & incredulos, Atq̄ acerrimis poe-
nis profanationem, & abusum huius
Cœnæ uindicat.

XIIII.

IN particulis In, Sub, & Cum, promissis
scuè usurpandis & in Ecclesia retia-
nendis, non serimus λογόμαχίαν, sed illis
opponimus, Qui pro uero Christi
corpore, imaginarium nobis substitu-
unt, & unionem Sacramentalem remo-
uent, & cothurnos in particula cum fa-
ciunt.

A iij. Repudias

XV.

Repudiamus etiam crassas illas & portentosas opiniones, quas falso nobis quidam imputant, uidelicet Transsubstantiationem Papisticam, Localem Inclusionem, distractionem seu expansionem corporis Christi, commixtionem Panis & Vini, cum Corpore & Sanguine Christi.

XVI.

Ingenue etiam fatemur, Sacramenta extra usum non amplius habere rationem Sacramentorum, Ideoque durabilem aliquam coniunctionem extra usum prorsus reijcimus, &c.

XVII.

Hanc esse natiuam sententiam Augustanæ confessionis, Quia uno consensu, Saxonicae, Thuringicae, & Wirtenbergenses Ecclesiae profitentur, Imo etiam Palatinatus Agenda, nobiscum id aperte docet. Perspicuum est, quo loco habendi sint, Qui Augustanam confessionem, uiolenter ad contrariam opinionem detorquent.

Et si

XVIII.

ET si autē in eludendis Christi uer-
bis & deprauanda confessione Au-
gustana homines ingeniosi multum se
torquent, ac rationibus concinnis, &
plausibilibus, plurimos in suam senten-
tiam pertrahunt. Tamen multo tutius
est repudiatis ipsorum prestigijs, sequi
claram uerbi lucem, & acquiescere in
simplici, propria, & perspicua Christi
institutione, Eiq; tribuere laudem om-
nipotentiae & ueritatis, Quam rationis
deliriae, & hominum imaginationes,
quae & detrahunt gloriae Christi, eumq;
mendacij insimulant, & conscientiarum
πληροφοριάν seu certitudinem labefa-
ctant, expresso Dei uerbo antepondere.

XIX.

Quod uero sextum caput Iohan-
nis tanq; Clypeum Aiakis nobis
obiciunt, & in eo precipuam uictoriae
partem collocant, friuolum est, siqui-
dem & notatione temporis, et serie nar-
rationis conuinci possunt, quod uis
lenter id caput ad coenam Domini
detorqueant. Semper

XX.

Semper etiam Pauli illud nobis in
 D^e conspectu sit, ubi monet, Ne simus
 pueri in agnitione ueritatis fluctuan-
 tes, nec circumferamur omni uento do-
 c^octrinae, &c. Item Petri illud, Qui loqui-
 tur sermones Dei loquatur.

XXI.

Tenenda sunt hic etiā ἀξιόματα quæ-
 dam, ut contra Sacramentaliorum
 speciosas corruptelas, & plausibiles de-
 prauationes, Testamenti Christi, rectius
 nos munire & confirmare possimus.

I. Quod uerbum Christi non sit ut aliarum crea-
 turarum mox euanescentis sonitus, sed quod statim ef-
 fectum una producat, Christi enim dicere, est facere.

II. Quod in diuinis mysterijs cognoscendis sum-
 ma sapientia Christianorum sit, non ludere fingendis
 opinionibus extra uerbum Dei, sed rationis iudicium
 frenare, & sola fide omnia obstacula & absurditates
 phisicas transcendere.

III. Scripturam non ad nostras imaginationes in-
 spectendam esse, sed potius summo studio in id incum-
 bendum, ut maneamus discipuli, auditores, & fideles
 custodes uerborum Christi.

Locorum

IIII. Locorum scripturae citationes, quae ad probationem seu explicationem afferuntur, non debere alienas esse ab ea materia, ad quam illustrandam adducuntur.

V. Ascensionem Christi ad caelos, non impedire praesentiam Christi in coena, sed potius eam confirmare, cum sit expressum testimoniū Omnipotentiae in Christo.

VI. In Coena Domini semper magis ad uerba Christi, quam ad externa elementa respiciendum esse.

XXII.

MEminerimus etiam Christi illud, **M**Ex fructibus eorum cognoscetis illos, Egregios autem fructus, quos gignit haec sacramentalium secta, omnes pii, ubique locorum, non sine lachrymis agnoscunt & deplorant. Siquidem,

I. Rumpit consensum Augustanae confessionis, & eam aduersarijs exagitandam turpiter prostituit.

II. Perturbat Ecclesias abrogando & conuellendo pias de coena Domini institutiones, & inflectendo ad sensum, & opinionem Zwinglianorum.

III. Abducit homines ab usu & reuerentia, non tantum coena Domini & totius ministerij, sed praecipuam turbatis conscientijs consolationem eripit.

IIII. Fax est ecclesiasticorum & ciuiliu[m] motuum.
Detrahitis

V. Detrahit Christo laudem ueritatis & omnipotentiae.

VI. Exemplum inducit simili petulantia & audacitiam ludendi, in alijs Doctrinae articulis.

VII. Deniq; ex Augustana confessione, Doctrinae uerae cum Sectis confusionem, & meros Coluburnos efficit.

XXIII.

VT igitur ab una parte fugienda sunt crassa Papistarū deliria, quibus Coenam Domini in horribilem ἀστυλατρείαμ conuerterunt, ut uerbi causa, Transubstantiatio, Sacrificium Missae, Prohibitio calicis, ubi scilicet altera parte priuantur Laici, Adoratio frustuli panis, loco filij Dei, Circumgestatio ad conseruandas fruges, & similia. Ita ex altera parte non minori studio uitandae sunt subtilissima & plausibiles Sacramentariorum corruptela, quibus & Coenam Domini eneruant, & institutionem Christi temere corrumpunt ac uiolant.

XXIIII.

HAnc nostram admonitionem maximopere necessariam, quae ab u^{ost}ris

trīsq̄ extremis, ad mediam uiam pios
reuocat, preter Augustanam confessi-
onem & Schmalkaldicos Articulos,
inculcat etiam doctoribus Ecclesiæ
Agenda Palatinatus, quæ ab illis ipsis
contexta est, qui Augustanæ confessi-
onis hac ætate præcipui sunt patroni
& propugnatores.

MAXIMILIANVS MOR-
LIN D. PASTOR COBUR-
GENSIS.

M. IOANNES STOSSEL
PASTOR HELTPUR-
GENSIS.



ADIECTA SVNT SI-
mul impia Sacramentarium
Themata, Heydelberge
disputata.

Quoniam & audimus & videmus
cum in scholis, tum in Ecclesijs,
magna animorum contentione quosdā
certare de sacrosanctæ Coenæ Domini-
nicæ mysterio, de quo tamen consenti-
entes sententias inter eos omnes, qui
CHRISTO nomen dedere, esse des-
cebat: iudicauimus nostri esse officij, et
operæ precium nos facturos sperauim-
us, si quæ ferè in controuersiam ad-
duci nunc solent, in pauca capita, eaquē
breuia, comprehensa in publicum pro-
ferremus: vt collatis sententijs atquē ar-
gumentis, certius intelligant pñj, quid
ipsis sit in hac controuersia
sentiendum.

I.

Institutoris CHRISTI verba, **HOC**
EST CORPVS MEVM, **QVOD**
PRO VOBIS DATVR, simpliciter ac-
cipere, fidei regula non sinit.

Nam

II.

Nam Cœnam Dominicam duabus
rebus, ijsq; distinctis, constare, terrena
& cœlesti inter pios conuenit.

III.

Terrena, est panis & vinum: cœ-
lestis, communicatio ueri corporis &
sanguinis Christi.

IIII.

Terrena ore corporis, cœlestis ore
animæ seu fide percipitur.

V.

Verborum Christi partē priorem,
ad rem, ut dici solet, Sacramenti: poste-
riorem uerò ad usum seu effectum rea-
ferre, non est ὁρθοτομία, ut Apostolus
monet, ueritatis sermonem.

VI.

Vis uiuificandi, à communicatione
corporis & sanguinis Christi, separari
non debet.

VII.

De alijs finibus cœnæ huius sacro-
sanctæ, inter Ecclesias Christi nulla ui-
detur esse controuersia.

D. P. BOQVINVS,

Facultatis Theologicæ Decanus

Erphordie Georgius Bayman excudebat.

II
In nomine Domini Amen
Ceterum quod dicitur, consistit, tenens
etiam in corpore conuenit

III
Tunc est panis & uinum
in eodem modo est corpus
et sanguis Christi

III
Tunc est corpus, ceterum est
animus scilicet participat

V
Vt corpus Christi panis dicitur
ad idem, ut dicitur Sacramento dicitur
hoc uinum est uinum seu ecclesia
et non est spiritus, ut Apolos
dicitur in testimonio

VI
Vt uisibilis est communio
etiam est uisibilis Christi, separati
non debent

VII
De his uerbis corpus huius sacro
etiam est uisibilis Christi uisibilis
etiam est uisibilis

VIII
De his uerbis
etiam est uisibilis
etiam est uisibilis



AB: 42 $\frac{13}{h, 13}$

X 219 8758

Sb.

He 302

106.

P. M. ...
COM...
IN PR...
D...

AB...
42...





PROPOSITIONES, IN QVIBVS VERA
E COENA DOMINI SENTENTIA,
Iuxta Confessionem Augustanam, ad-
versus quorundam Sacramentariorum
certamina adseritur, Ad disputan-
dum in Academia Heydelber-
genſi, 3. & 4. Junij, pro-
positæ, Anno
1560.

ADIECTA SVNT SI-
mul impia Sacramentariorum
Themata, Heydelberge
disputata.

